congregabit iniquitatem sibi
Egrediebatur foras et loquebatur
in idipsum
Adversum me susurrabant
omnes inimici mei adversum me
cogitabant mala michi.
Verbum iniquum constitue
runt adversum me numquid qui
dormit non adiciet ut resurgat
Et enim homo pacis mee in quo
speravi qui edebat panes meos
magnificavit super me supplan
tacionem.
Tu autem domine miserere mei
et resuscita me et retribuam eis
In hoc cognovi quoniam voluisti

me quoniam non gaudebit inimicus
meus super me
Me autem propter innocentiam
suscepisti et confirmasti me in
conspectu tuo in eternum
Benedictus dominus deus
israel a seculo et in seculum fiat
fiat. a. Sana domine animam meam quia
peccavi tibi. a. Sitivit. psalmus
Quemadmodum desiderat
cervus ad fontes aquarum
ita desiderat anima mea ad te deus.
Sitivit anima mea ad deum
fontem vivum: quando veniam et ap
parebo ante faciem dei
Fuerunt michi lacrime mee